TORELLO PIERATIO

AD

SEDEM EPISCOPALEM

SANCTI MINIATI

DESIDERATISSIME EVECTO

CARMEN

CARMEN

Dilecti Manes, dulces Umbræque beatæ
Quas ego, crudelis sinat inclementia fati
Vel non, æterno ac tenero venerabor amore,
Parcite, si cessent nostri suspiria cordis,
Ac abeam sacris umbris nemorisque recessu;
Nil prosunt lacrimæ! licuit nec tristia fando
Terrigenis sævas Orci persolvere leges!
Sed tamen hic redeam solitos depromere fletus
Oscula devotus patriæ et perfigere terræ,
Qua sancti cyneres, dilecta ac ossa quiescunt.
Hic redeam, vobisque fides servata manebit (1).
Nunc animum agitant oblitis, gaudia, curis,
Grandia nunc canere, ac lætos attollere plausus.
Ah Genitor Genitor, qui æterni munere Divi
Hactenus a summo Natum dominaris olympo
Te precor, exardens, pollenti, pectora, voce
Te precor inspires; cytaram mihi porrige sacra,
Qua solitus meritas heroum condere laudes,
Aptos ac numeros, viresque, animumque ministra.

Jam rutilæ sacro dives splendore Tiaræ
Romulea ad patrios fines ex urbe redibat
Inclitus Antistes, fida procerumque choorti
Sectatus, nostri summus templique Sacerdos:
Nec placidi lætas Arni vix attigit oras,
Qua Floram tacita regalem perluit unda;
Nec sinit obsequii teneras vix promere voces
Cum pia sollicito meditans, ac corde revolvens
Solus pergit iter supremi ad limina templi,
Exoptatque Deo precibus persolvere grates.
Mœnibus in mediis Pariis innixa columnis,
Eximium Artis opus, magnum, ac mirabile visu!
Marmorea assurgit moles, culmenque ad Sydera tollit,
Non secus artificis præclari, ac fama perennis.
Jam tacitas Cælo nox summo adduxerat umbras,
Ac augusta quies templi penetralia replens,
Lampadum, et errans, incertum alta per atria lumen
Grandia mortales animos meditare vocabant;
Integer huc Præsul graviter vestigia tendit,
Ac castum divo pectus succensus amore
Devotus sanctas, humilisque recumbit ad aras:
« O Deus immensa qui dirigis omnia mente
Quid faciam infelix tanto discrimine vitæ?
Nunc populi imperium, Templique superna potestas
Nunc largita mihi supremo munere Cœli?
Quid faciam miser ingenti sub pondere vires

Si mihi deficiant, aut vana illudere certent?
O Deus, attonito veluti quæ visa Prophetæ
Ossa tuus pollens animavit jam arida nutus,
Te precor, o faveas misero succurre ministro,
Ac infunde meo cœlestes pectore flammas:
Te precor, o faveas humili, ac radice virescet
Ingens illa suis patulis, quæ frondibus arbor
Sacra gregem placidis electum, ac proteget umbris
Servet, et incolumem nimbis, sævisque procellis.»
Hæc tacito secum ardenti fervore precatus;
Instat; sed memorans sacra requiescere in æde
Dilecti Civis cyneres, cui fata dedere (2)
Et Sophiæ lauris, et sacris tempora vittis
Cingere, quo Patriæ major jam gloria fulsit,
Sollicitus graditur, fraterno ac ductus amore
Oscula devotus prædulcia figit in urna.
Cum subito excusso vicino marmore surgit
Umbra micans etiam sacræ fulgore tiaræ;
Candida barba genis, rugosis decidit olli;
Cæsarie ac vultu apparet veneranda senectus:
Imperii sacram constringit dextera virgam:
Membra tegit bipatens humeris, ac vestis ab altis
Aurea desiliens, quam pectore fibula nectit.
Marmore tunc instans magno sic ore locuta:
« *Siste gradum dextramque mihi protende, Comestor* (3)
Ille tuos adsum ante oculos, cui Patria tecum

Communis, puerumque eadem me terra recepit.
Ipsum etiam sacra frontem redimire tiara
Cuncta Regens voluit, tantoque dicavit honori.
Hanc Floræ sedem tenui; sed qualia tristis
Exempla immanis feritatis protulit ætas!
Inde Ghibellinas, hinc Guelfas arma phalanges
Inferre et pleno per mœnia avita tumultu
Vidisses belli solitos superare furores.
Non Patriæ telluris amor, non sanguinis ipsa
Vincula tam rabidos animos mollire valebant,
Et pacem incassum templi suadere Minister
Querebat, sævas dictisque tonabat in iras.
Horrendum visu! nati manus impia patrem
Et natos genitor, fratres fraterque necabat.
Undique mors victrix agitabat signa per auras.
Quis tantas memorans cœdes quis Montis-Aperti
Pugnam, et Civili tepefactos sanguine campos
Temperet a lacrymis? animum mihi presserat horror
Consilio, et precibus cœcos sedare tumultus
Una mihi tunc cura fuit; Magnique Gregorii
Auspicio, magis ac cœlesti numine ductus
Tantos, ac tristes potui componere motus (4).
Haud majora mihi infelix permiserat ævum;
Quod licuit; tacitum castæ virtutis asylum
Claustra, novas posuique aras, augustaque templa.
Tu Patriæ poteris (*quis te felicior!*) *Urbi*

Utiliora gerens, meritis ad sydera tolli.
Nunc stabiles regnant leges, nunc candida regnat
Pax inter Cives, plena quæ munera dextra
Perfundit: nunc sancta regit, mollitque superbas
Religio mentes; nunc magnis congruit ætas.
Perpetuo humanis jàm ferrea moribus ira,
Et discòrs odium fraterno cessit àmori.
Nunc Sophiæ studia æterno jam cardine ubique,
Ingenuæ, florent, nunc castæ Palladis artes;
Nunc animos veri exardet, rectique cupido;
Nunc virtutis amor; Patriæ nunc gloria Terræ;
Hinc Tibi magnanimo felix nunc annuit ætas;
Ac tibi magna, Parens exposcit, et optima, Tellus.
Nec desunt tibi vires, nec tibi deficit apta
Mens, animusque, bona, ac æqua ratione, voluntas.
Eja age tolle moras; melioribus utere fatis.
Te læti expectant Cives, perge omine fausto,
Et qua te cælum ornavit, naturaque, virtus
Condigno attonitis populis splendore nitescat.
Lumina sic fatus, clausit jacuitque sepulcro.
Obstupuit Præsul; tanta ac portenta volutans
An credat dubius sacrata ex æde recessit.
Sed jam fulgebat roseis Aurora capillis
Splendidiorque dies thalamis surgebat Eois
Proxima cum resonant festanti littora cætu:
Præsul adest: reducemque sinu dilecta materno

Jam tandem Patria, ac devoto stringit amore.
Læta ruit præceps impellit, et undique turba
Obsequiosa Patrem concordi voce salutans.
Ingeminant plausus Cives; clamore resultant
Pulsati colles; patrio de culmine voces
Lœtitiæ reboant Arni placidisque sub undis:
Gaudia jucundi obstentant omnia cordis.
Tunc Patriæ Genius redimitus tempora lauro,
Adstitit insolito facie ac fulgore recintus.
« O Salve Præsul, Patriæ spes inclita salve.
Excipe quæ tribuo grato tibi carmina corde:
Non Heliconiadum numeri, non stemmata Divi
Castalii hoc umili collucent munere læta;
Candida veracis rutilant sed pignora amoris,
Quo ingenua exardent ac omnis pectora Civis.
Excipe nunc opus, ac meritæ nunc præmia laudis
Debita virtuti fulges, qua gloria nostra,
Et Fidei columen summus splendorque Tiaræ ».
Sic Fatus gaudens tenues nec cessit in auras:
Sistit ei lateri, socius semperque manebit
Ingeniumve suum donec, vel maxima virtus
Numinis auspicio, suprema ad Sydera tollat.
Dilecti Manes, dulces Umbræque beatæ
Nunc redeam sacras umbras nemorisque recessus:
Hic sileat Cytara, ac vestra dormitet in urna.

D. Henricus Bonfanti
Euteletarum Academiæ Censor.

A

TORELLO PIERAZZI

CON GRADIMENTO UNIVERSALE

ALLA

SEDE VESCOVILE SAMMINIATESE

INNALZATO

PARAFRASI

PARAFRASI

Mani diletti, e care Ombre beate,
Da me, s'opponga ovver consenta il fato,
Con purissimo affetto venerate;

Or non v'incresca, se il dolore usato
Freno un'istante, e se il recesso quieto
Lascio del santo bosco a voi sacrato.

Ahi! che il pianto non val contro il decreto
Duro di averno, che a pietà no'l muove
Grido di duol, nè palpito segreto.

Ma fia breve il distacco; io mesto dove
L'ossa a me care il pio terren rinserra
Recherò nuovi lai, lacrime nuove (1).

Taccian le cure, che al mio cuor fan guerra,
Che sento in mezzo al comun gaudio anch'io
L'alma nel sen che tutta si disserra.

Spirto gentil, che pôsi in grembo a Dio,
E che dal ciel vegli sul figlio ancora,
Tua nota voce accenda il petto mio.

Di nobil serto la mia fronte onora,
E quella porgi, onde tua fama è chiara,
Amica degli Eroi Cetra canora.

Già cinto il crin della gemmata Tiara
L'illustre Vïator si dipartiva
Dalla rupe Tarpèa tanto al ciel cara.

E giunto del Toscan fiume alla riva,
In che Fiorenza sua beltà regale
Non tocca dall'età, specchiando, avviva;

Ogni caduco onor posto in non cale
Soletto muove, e tacit'orme imprime
Al Tempio, che sugli altri assai prevale,

E in mezzo alla Città leva le cime
Di bei marmi superbe, e al ciel torreggia
La mole, di alti Ingegni opra sublime (2).

Non all'Eterno mai sì vasta reggia
Umana possa ad innalzare imprese
Ove il genio immortal l'arte pareggia.

Già tremolavan di bel lume accese
Le stelle che la notte in cielo adduce,
Quando nei santi Penetrali ascese.

Incerta quì misterïosa luce
Negli archi rifletteva spazïosi
Che ad alto meditar la mente induce.

Prostrato innanzi all'ara, e gli amorosi
  Lumi rivolti alla region più pura
  Quel Pio proruppe in tai detti pietosi.

« Piena è l'impresa di periglio; e dura
  Signore, è troppo alla mortal mia possa
  Se il tuo Spirto divin non mi assecura;

Spirto che ad Ezzechiello entro la fossa
  Mostrò l'arido ossame, e un cenno solo
  A nuova vita rianimò quell'ossa.

Signor te prego: dall'etereo polo
  Guida clemente il tuo ministro, e sciogli
  A nobil meta il peritoso volo.

Allor fia, che robusta arbor germogli
  Da questo umìl virgulto, e all'ombre belle
  Il Gregge a riposar fia che s'invogli.

Sotto il fogliame avran le pecorelle
  Placido asilo, e pasceran secure
  Dal crudo imperversar delle procelle ».

Qui tacquer di quel Pio le labbra pure:
  Già dal tempio movèa; quando repente
  Ristà fra l'onorate sepolture;

Che gli sovvien del Cittadin sapiente
  Del caro alunno di Sofia, che giace (3)
  Fra i Mitrati di Flora eternamente.

Sul freddo marmo in lagrime si sface
D'amor fraterno; e all'Alma venerata
Mille volte iterò l'estrema pace.

Ma da invisibil destra rovesciata
Suonò la pietra di un'arca vicina
E surse una severa Ombra mitrata;

Era il sembiante quasi d'uom che inchina
Agli anni estremi, eppur l'antico viso
Tutto fulgèa di maestà latina.

E disse a quei, che da stupor conquiso
Immoto stava «io son quel Commestore (4)
Cui 'l natìo suol non fu dal tuo diviso.

I' m'ebbi pur dell'infula l'onore;
Ressi Fiorenza in quell'età sì nera,
Che tanto accese il cittadin furore!

Ahimè! che in rimembrar la ria buféra
Palpita sempre il cuor tutto commosso
Alla fraterna atrocità guerriera.

Dal figlio il padre si morìa percosso,
Dal Padre il figlio in Monteaperti; e giunse
L'Arbia nel mare colorata in rosso.

Ma tanto il pianger mio quei fieri punse,
Che rotti i brandi e l'aste insanguinate
Il Guelfo al Ghibellin si ricongiunse (5).

O tu Beato, che in più bella etate
  Oprando, far sì puoi, che nell' umano
  Cuor si disvolga ogni civil pietate.

A te Beato stenderan la mano
  Del Divo Agnèl le tre Virtudi amiche,
  Che ti baciar la fronte in Vaticano.

T' infioreranno le belle arti antiche
  La via, dovunque volgerai le piante
  Te propizio invocando alle fatiche.

Và, riedi, vola a illuminar con tante
  Virtù, di che l'alto Fattor ti adorna
  Quella Città, che me raccolse infante. »

Tace lo Spirto Miniatense, e torna
  D'un più lieto avvenir tutto ridente
  Dove in la pace del Signor soggiorna.

Sparir lo mira il Pellegrin dolente
  Incerto ancor se il fragil senso vide,
  O se fu sogno di commossa mente.

Ma già sull' Ensi il nuovo sol sorride;
  E curïosa è vôlta ogni pupilla
  A sì bel dì, che a tanta speme arride.

Odi un cantar festante, un suon di squilla,
  Di plausi un grido, a cui dell' Arno l'eco
  Dall' azzurra risponde onda tranquilla.

O lieto dì! t'allegra, o Patria, or meco;
Taccia il sospir dei giorni desolati,
Che il desiato Samuello è teco.

Cinto di lauro i crini inanellati
E rivestito d'immortal fulgore
Scende il tuo Genio dagli scanni aurati.

E, salve, grida o dei miei figli onore!
Cortese qual tu sei deh! questo accetta
Umil tributo di verace amore.

Disse, ne al loco onde già mosse affretta
L'amorose vestigia, e a Te d'appresso
Ristà come colui che spera e aspetta —

Ed ora io quì dalle sciagure oppresso
Di nuovo tra le meste urne discendo,
E ai bruni rami di feral cipresso

Diletti Mani, la mia Cetra appendo.

Avv. Carlo Orabuona
Accademico Eutelete.

ELEGIDION

Si pastoris abest pecudum custodia turmæ,
Nequicquam quærunt pascua læta greges.
Arida per colles pascentes gramina pendent
Extinguunt avidam sordida stagna sitim.
Nusquam lucidulo demergunt vellera fonti,
Ispida nec vigili vellera tonsa manu.
Sæpe etiam indigne per pinguia culta vagantes
Surgenti rorem gramine decutiunt.
Turgentesque ruunt molli de palmite gemmas,
Electas ausi ferre pedem vineas:
Nec flos virgineis secretus nascitur hortis,
Nec rosa purpureo cespite tuta rubis.
Ah nusquam steriles nostri videantur in agros,
Florida nec Cereris pascere dona, greges;
En rediit teneros Pastor depellere fœtus,
En rediit pecoris ductus amore sui.
Fronde super viridi pastus dabit ille salubres,
Fons vitreus puras suppeditabit aquas.

Sub placidas umbras frigus captare serenum
Ducet, cum fervens sirius urit agros.
Cumque audit tacitas circum frendere latebras,
Insanos tenero pellet ovile lupos.
Agnoscit niveas balatibus ipse capellas,
Pastorem noscit quæque capella suum.
Pellite sollicitos tanto Pastore dolores,
Carpite felices pascua tuta greges.

DELL' AB. SANTI NERI.

ADNOTATIONES

(1) Tres filios, Patrem ac dulcem Conjugem brevi temporis intercessu auctor amisit.

(2) Hæc de Petro Francisco Morali perstringuntur; qui ex antiqua ac perlustri Saminiatensi familia ad Florentinam Archiepiscopalem Sedem anno 1815 evecto, juris Civilis ac Canonici in Pisana Academia præclaro in antecessum functus fuerat magisterio.

(3) Joannes Mangiadori Saminiatensis anno 1251 in Florentinam tunc temporis Episcopalem tantum sedem eductus fuit: ex hac familia, ut nonnulli asserunt, prodiit ille Petrus Comestor, qui vocatus fuit, Petrus Lombardus, et illustri cognomento Sententiarum Magister: ex inde ab Auctore appellatur Comestor etiam ille Joannes quem ipse loquentem inducit.

(4) Sub tanti Antistis regimine composita inter Guelfos et Ghibellinos pax fuit a Gregorio Papa X sancita, cujus Pacis articula ab ipso Episcopo exarata pro certo habitum est, ut refert Ughellus.

NOTE

(1) Il Poeta Latino in breve tempo perdè tre figli, il Genitore, e la Consorte.

(2) Arnolfo di Lapo di Valdelsa fece il modello della gran Chiesa di S. Maria del Fiore di Firenze; molti illustri quindi lo eseguirono; fra questi Giotto da Vespignano, Lorenzo Filippi, Taddeo Gaddi, ed Andrea Orgagna. Filippo di Ser Brunellesco voltò la meravigliosa Cupola di quel vasto Tempio.

(3) S'intende far parola di Monsignor Pier Francesco Morali di antica e chiara famiglia Samminiatese assunto all'Arcivescovado di Firenze nell'anno 1815, dopo avere occupato la Cattedra di Gius Civile e Canonico nell'alma Università di Pisa.

(4) Monsignor Giovanni dei Mangiadori da Samminiato, fu assunto alla Sede Fiorentina allora Vescovile nell'anno 1251. Da questa famiglia dei Mangiadori uscì quel Pietro Commestore conosciuto ancora sotto il nome di Pietro Lombardo, e di Maestro delle Sentenze; che però sotto il nome di Commestore è chiamato anche Giovanni indotto dall'Autore a parlare.

(5) Sotto il di lui Episcopato fu fatta la Pace fra i Guelfi ed i Ghibellini, sanzionata da Gregorio X. Al dire dell'Ughelli i Capitoli di detta Pace furono dettati da Monsignor Giovanni. *Ughel. Istor. Sacr.*